



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Inclyto Seruatianoru[m] Collegio Euang. Placentius S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**



¶ Nonus Antistes.

290

Pedum  
aræ impo  
nitur

**V**alentinus pontificē egit anno salutis du  
cētesimo Nonagesimo, homo, si quis ali  
us, summa autoritate semper habitus cu  
ius fulmina vel post mortē nemo non formida  
ret. Qui moriturus propediem, vocata cōcione,  
perq̄ sanēte Procere Tungarorū adiuravit, ne  
quis temere detrectare præsumeret, quæ sanēti  
spiritus iussu cōmittenda suscepisset. Ne quis in  
quā. Pedū quod ante omniū oculos sacrę arę im  
ponebat, vlla fretus audacia illinc auferret, quo  
usq; a deo op. max. in hoc deputatus aduenisset  
successor. Stare vniuersi neq; audere cōtrauenire  
imperio, deniq; animis suspensi permanere. Sic  
igitur mortuus est anno salutis trecētesimo octa  
uo. Anno administrationis decimo octauo, sep  
timo. Idus Iunias. Quo honorifice sepulto va  
cauit sedes annis septem, quare interea se dissol  
uerent Treuerenses & Colonienses, peculiarem  
sibi assumentes Episcopū. Floruit sub Apostoli  
cis viris Marcellino & Marcello. Imperantibus  
Dioclesiano Galerio & Constantino magno

308.

¶ Inclyto Seruatianorū Collegio Euang.  
Placentius S. D.

**A**dsum spectatus vestrę familię affecla hu  
manissimi domini, huic argumēto nō au  
rū Tagi cōponens, quo auguror me non

*Tagy flunylu  
fram amrosh  
hnd oronab imp  
tag*



nihil posse vestro splendori adñcere: quale ego  
his oculis partim cōspicatus sum, partim anno  
sa religione obseruatū perpendi, vt summiorbis  
Monarchæ in vestrū attente se contuberniū infi  
nuarent. Carolus ipse quintus vbi Aquisgranū  
coronādus properaret, anno salutis vigesimo su  
pra millesimū quingētesimū, tertio Idus Octo  
bris, ingenti desyderio institutū obierit, sacra  
amictus veste, pensiliq; almusio: nihil interea a  
Canonico diuersus, Augustus nemo. Dux næ  
mo Brabātus, spē istā neglexerit, quo minus al  
bicāti calculo vobis adnumeraretur. Ergo quos  
primarij heroes germanitate copulant, amicitia  
vinciunt, familiaritate sociant, officijs ceremo  
nijsq; adunant autoritate defensant, nō summa  
reuerentia Leodinū omne territoriū prædicet:  
admiretur: suspiceat: colat. Nam nihil vsq; ho  
norificentius patria habet quantulacunq; est, su  
perbi<sup>9</sup> nihil quod arroget. Itaq; qui se magnani  
mem extra vos iactare præsumit, falsa opinione  
poterit, gloria nō poterit opprimere. Hoc adeo  
ex hac re venit in mentem mihi, quoniam Mas  
riani Traiectensis Collegij præcipuis viris (vt  
nobis amicissimis: ita nolim quenquam of  
fendere) hallucinatio imposuit, qui antiquis  
tate se Seruatianis antepone gestiant, ratio  
one nusquam apparente, Nam qui vtriusque

an. 1520.

Illuminor perior  
vana somnia  
Illuminatio, hu  
ius alienatio  
Abzitate, qdyl  
ad oculobancu  
ho transfo tu  
id minus veta  
diligentia ob  
ducta quoda  
caligine dno



secum Basilicę expendit originem, is haud diffi-  
 cile inueniet, nullam toto esse territorio nō mo-  
 do Marianam, quę ante Materni primi Tunga-  
 rorū Antistitis oratoriū constructa sit quod ipse  
 Christo seruatori nuncupauit. At vero si suam  
 isthoc Basilicam causantur, quę via publica sitū  
 habuit, qua olim ad pontem peruenire solebāt,  
 sentiant & hanc industriam leui opera cōfundi.  
 Quandoquidem nulli dubium sit, eandem fuis-  
 se, in quam olim Hunis orbem Romanū depō-  
 pulantibus sedes T ungarica cum reliquīs Epi-  
 scoporum transposita est. Sed huius quo alias re-  
 quiram⁹ vestigia: q̄ apud Seruatianos. Facessant  
 ergo belli impulsores, qui hic (vt aiunt) frigidā  
 suffundunt, & annis non paucis interruptā ami-  
 citiam reassumendam prædicent, Pulcherrimū  
 arbitrentur hos duos vniones incolumes in au-  
 rem ciuitatis huius inclyræ appendere, non alte-  
 ram aceto diluant, quod ab Ethnicis quoq; scri-  
 ptoribus celebratum est in Cleopatra fuisse tur-  
 pissimum. Id quo fieret certius, vtrosq; vos Epi-  
 stolio duxi compellandos, quo si non Delphica  
 tractabūtur, certe salutaria, honesta, vtilia, Chri-  
 stus pacis autor suo vos spiritu id ipsum sapere,  
 ac facere concedat. Valere.

*S. d. s. t. on  
 Jura q̄  
 translat.*

It  
 pe  
 lū  
 qu  
 cl  
 ca  
 ra  
 o  
 au  
 li  
 ci  
 T  
 te